HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. AUGUSTINUS
12. bis 13. Jh. Seite 89r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tis audiat. et uerbis eius obediat. Hec fontes
et arbores ueneno inficit. et sic de eis gustan
tes interficit. Hec aspis peccatum figurat. que nobis
terrenis desideriis aures cordis obturat. ne mo
nita dei audiamus. et uerbis eius ad salutem nostram
obediamus. Fontem baptismatis et arborem cru
cis inficit. dum in fide passionis xpi baptiza
tos flagitiis polluit. Gustantes ex eis interimit.
quia uerbum uite et xpi corporis sacramenta gusta
tes criminale peccatum perimit. Basiliscus autem qui et
regulus mortiferum quadrupes animal legitur.
cuius flatus omne quod hauserit sine mora mori
tur. Aues etiam desuper uolantes eius flatu perfoca
te moribunde decidunt et pennas quasi igni
exustas amittunt. Hic pestifer cum omnia
mortificet. a mustela superatus tabescet. morte
Basiliscus mortem designat. que cuncta suo
tactu a uita disgregat. Aues ab alto per flatum
dilabuntur. quia iusti etiam morte tacti a ui
ta exiuntur. hic. iiii. or. pedibus gradit. quia quatuor
modis humanum genus ad mortem trahitur. s.
primi mandati preuaricatione. per naturas legis uiolationem.